CUm apud doctiſſimos et preſtantiſſimos viros ꝗ verā naturaꝫ et hiſtoriaꝫ tradiderūt de mūdi fabrica: ac prima hominū generatione: duplex opinio ferꝛ: a priſcis enim illis tꝑib⁹ ſumpto initio: ſcribem⁹ breuiſſime q̄ntū in tā remotis (ꝓpter ātiq̄tatē) reb⁹ licebit. Quidā mūdū ingenituꝫ: et incorruptibileꝫ: et genus humanum ab eterno extiſſe neqꝫ habuiſſe ortus principiū ſenſere. Quidam genitum corruptibilemqꝫ arbitrati: ⁊ homines dixerūt generatōnis inicium tempore eſſe ſortitos. Et greci viri clariſſimi qui hiſtorias collegerūt: affirmarūt. Unā ante iniciū om̄niū celi ⁊ terre cūctis ſimul ꝯfuſis formā fuiſſe: poſtea diſſeparatis: diuiſiſqꝫ molibus cepiſſe mundū hunc ordineꝫ quem videmus. Aerem hūc motu ꝯtinuum et igneam ꝑtem cuius ſuperiora loca ꝓpter leuitatē aiūt appetiuiſſe: Qua ex cauſa ſolem ac ſtellarū multitudinē volutōne totius circūferri: Partem autē turbidam atqꝫ terreſtrem vnacum humidis ad infima loca ob grauitateꝫ deſcendiſſe que cum mixta eſſent. ex humidis quidē mare effectū. Ex durioribus vero terram lutoſam euaſiſſe: ⁊ omnino mollem. hec primum cum ſolis ardore denſior euaſiſſet: in quibus putredines tenui cōtecte pellicula ſint excitate. Erupiſſe tandem ab illa colluuie varias animantiū formas quorum ea quo maiorem caloreꝫ ſortita ſunt in ſuperiorē regionem volatilia abierūt: ſicciora ⁊ grauiora: ſerpentia ac terreſtria euaſerunt animantia. Naturam aquoſam nacta in ſui generis elementum delata ſunt. Terra deinceps tum ſolis ardore tum ventis areſacta: mutua ꝯmixtione ſexuū ꝑfectiora generaꝛ. Hoc Euripides Tragicus Anaxagore phyſici diſcipulus ita ſe habuiſſe teſtatur. Eodem modo homines a principio genitos dicunt. In agris paſtum querentes. ſilueſtri ⁊ incondita vita vixiſſe quibus herbe ⁊ arborū fructus vltro victum prebuerunt. In huius deniqꝫ enarratōne cum per multos elaboraſſe latinos grecoſqꝫ videmus: preterea chaldeos et hebreos veteres nouoſqꝫ. Relictis igitur antiquis erroribus Archana Moſeos volumina de mundi fabrica: ⁊ celebratis illis operibus ſex dierum ꝑluſtrabimus. Quibus totius nature ſecreta cōtinenꝛ. Nam moyſes ꝓpheta ac hiſtoricorum pater deo plenus: ac celeſti dictante ſpiritu totius magiſtro veritatis: excepit hec oīa. Quem cum noſtrorum: tum ſuorum: tum gentium deniqꝫ teſtimonia prorſus humane ſapientie: doctrinarumqꝫ omnium et litterarum cōſultiſſimum prodiderunt. Apud hebreos Salomonis liber: cui ſapīa titulus: in quo vir nature reruꝫ interpres ſe illiuſmodi diſciplinā de moſayce legis penetralibus accepiſſe fateꝛ. Sunt apud noſtros Lucas ⁊ philon autores grauiſſimi: illū in vniuerſa egyptiorum doctrina fuiſſe eruditiſſimū. Sed ⁊ hermippus atteſtaꝛ Pythagoram de moſayca lege plurima in ſuā philoſophiā tranſtuliſſe. Notū illud Numenij philoſophi: nō aliud eſſe platonē qꝫ atticū moyſeꝫ. In primordio deniqꝫ ſui operis de natura: de totius opificio mūdi velut agri cuiuſpiam theſauri: omnis vere philoſophie defoſſi ſunt. Factūqꝫ in primis hoc in hac parte: vbi de reruꝫ omniū emanatōe a deo de gradu: de numero: de ordine partium mundanarū altiſſime philoſophaꝛ. Propterea fuit decretum veterum hebreoꝝ. Cuius etiā meminit Hieronymus: ne hanc mūdi creatōeꝫ quiſqꝫ: niſi matura iam etate attingeret. Que aūt ſuꝑ hoc libro viri ſanctiſſimi Ambroſius ⁊ Auguſtinus. Strab. item ⁊ Beda ⁊ Remigius. Et ex iunioribus Egidius ⁊ Albertus. Que item apud grecos Philon. Origenes. Baſilius. theodoric⁹. Appollinarius. Dydimus. Gēnadius. Criſoſtomus ⁊c. ſcripſerunt intacta penitus a nobis relinquenꝛ. De his item que vel Jonethes vel Anchelos vel Symeon antiquus chaldaice tradiderūt: vel ex hebreis aut veteres Eleazarus. Aba iohannes. Neonius. Iſaac. Joſeph: aut iuniores Gerſonides. Sadias. Abraam ⁊c. ꝯſcripſerunt: nullam nos in p̄ſentia mentōnem habebimus. Afferemuſqꝫ ꝑ moduꝫ epitomatis. Ex moyſe ſeriem ſex dierum: de diuina mundi fabrica: de qua in archanis ſancte religionis literis traditur.

Exorſus igitur deus fabricam mundi illum primū ⁊ maximū filium prefecit operi immenſo. Eoqꝫ ſimul et cōſiliatore vſus eſt ⁊ artifice: in excogitandis: ornandis: faciendiſqꝫ rebus: qm̄ is prudentia et rōne: et poteſtate perfectus eſt. Nec querendū ex quibus iſta tam magna: tam mirifica opa deus fecerit. Oīa eniꝫ fecit ex nihilo. Quanto igitur rectius eſt omiſſis inſenſibilibus ⁊ vanis: oculos eo tēdere vbi ſedes: vbi habitatio eſt dei veri: qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit: qui celum diſtinxit aſtris fulgentibus: ꝗ ſolē rebus humanis clariſſimū ac ſingulare lumen in argumentum ſue ac vnice maieſtatis accēdit. Terris autem maria circumfudit: flumina ſempiterno lapſu fluere precepit: iuſſit et extendi campos: ſubſidere valles: fronde tegi ſiluas: lapidoſos ſurgere montes: que vtiqꝫ omnia nō iupiter fecit: ſed ille opifex reꝝ mūdi melioris origo: qui vocaꝛ deus: cuius ꝑncipiū qm̄ nō poteſt comprehendi nec q̄ri debet. Satis eſt homini ad perfectam prudentiam: ſi deum eſſe intelligat: vt ſuſcipiet ⁊ honorificet communem parenteꝫ generis humani: ⁊ rerum mirabilium fabricatorem. Tres mundos figurat antiquitas: ſupremum omniuꝫ vltra mundanum: quem theologi angelicum: philoſophi autem intellectualem vocant. Proximum huic celeſtem: poſtremum omniū ſublunarem: hūc quem incolimus: hic tenebrarum mundus: ille aūt lucis: celum ex luce ⁊ tenebris temperaꝛ. Eſt et preter tres quartus alius mundus: in quo ⁊ ea omnia inueniātur que ſunt in reliquis: hic ipſe eſt homo. Tritum in ſcolis verbum eſt eſſe hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus: ⁊ celeſtis ſpūs: ⁊ plantaꝝ anima vegetalis: ⁊ brutoꝝ ſenſus: et ratio et angelica mens: ⁊ dei ſimilitudo conſpiciꝛ. De his quatuor mundis moyſes ſufficienter differuit: vt deus opifex diſpoſuit: vt vere ſcriptura hec Moſeos imago mundi expreſſa ſit: quemadmodum legimus etiaꝫ ei preceptum in monte: vbi hec didicit: vt oīa faceret ſm̄ exemplar quod in monte viderat. Quid tandem moſaica littera de celebratis operibus ſex dierū edocet: curſim abſoluemus.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Epitoma operū ſex di



ros
mi
ini
bit
ete
co
po
ma
iſſe
qu
rio
mu
reſ

cum mixta eſſent. ex humidis quidē
mollem. hec primum cum ſolis ardo




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

IN principio creauit deus celum et terrā. Terra autem erat ina
nis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erāt ſup faciem abiſſi: et ſpūs dn̄i ferebat̄ ſup aq̄s. Moyſes diuinus ꝓpha
atq̄ꝫ hiſtoricꝰ. q̄ troianū bellū ſeptingētis fere ānis anteceſſit edocet: quō deꝰ machinator conſtitu/
torq̄ꝫ reꝝ. cū hoc opꝰ adoriretur: fecit p̄mū oīm celū: et ī ſblime ſuſpēdit: qḋ cēt ſedes ipſiꝰ dei ꝯditoris: de/
inde terrā fundauit: ac celo ſbdidit. Tenebras aūt cōſtituit ī terra. Nihil em̄ pſe ꝯtinet lumīs: niſi accipiat
a celo. In q̄ poſuit lucē ꝑennē: ⁊ ſuperos ⁊ vitā ꝑpetuā. Et ꝯ̄ in terra tenebras: ⁊ inferos: ⁊ mortē. Moy/
ſes vō cū deū creaſſe ꝯmemorat tres errores Platonis. ſ. Areſtotilis ⁊ epicuri elidit. Plato em̄ ab eterno
deū ydeas ylen. Et in p̄ncipio de yle mūdū fuiſſe factū teſtat̄. ylen greci p̄mā materiā reꝝ nō formatam ap/
pellāt. Qua viſibilia hec elemēta formata ſunt. q̄ q̄dā ꝯcordia ꝯuenıūt. Aūtq̄ꝫ ceteri de materia ⁊ formaꝫ
aut de athomis factis fuiſſe: deꝰ tn̄ mūdū ſine p̄iaceti ⁊ p̄ꝑata materia creauit: cū prudētiſſimꝰ eſſet ad exco
gitādū: ⁊ ad faciēdū ſolertiſſimꝰ anteq̄ꝫ ordiret̄ hoc opꝰ mūdi. qm̄ pleni ⁊ ꝯſummati boni fons ī ip̄o erat:
vt ab eo bono tāq̄ꝫ riuꝰ oriret̄. Angelos ī p̄ncipio oīm creaturaꝝ p̄mordiales fecit. ⁊ ex eo qḋ n̄ ē: qꝛ ꝑ eter
nitatē fort| ē: ꝑ fortitudinē ptāt| īmēſe: q̄ fine ac mō caret: ſic̄ vita facturis. Quid ergo mirū ſi facturus mū
dū: p̄us materiā de q̄ faceret p̄ꝑauit: ex eo qḋ nō erat. Qḋ intellexerūt forte ⁊ ſarraceni dicentes. Eductos
āgelos a deo de tenebris ad lucē: adipletoſq̄ꝫ eterna leticia. In q̄buſdā tn̄ indolis diuīe ſtirpis nō ꝑmāſit.
Auctorē huiꝰ rei ex bono ꝑ ſe malū effectū greci diabolū appellant: nos crimīatorē vocamꝰ. Terra erat ia
nis (vt trāſtulit diuꝰ Hiero. vl' vt ſeptingēta) inuiſibil' ⁊ īcopoſita: Quā ꝓ ſui ꝯfuſiōe abyſſum vocat: quā
⁊ greci chaos dicūt. Abyſſum vocat terrā. i. materiā trino dimēſu ī altiſſimas profunditates extenſam: de
hoc etiā Ouidiꝰ meminit. Ante mare ⁊ terras ⁊ qḋ tegit oīa celū. Unꝰ erat toto nature vultꝰ in orbe. Quē
dixere chaos rudis indigeſtaq̄ꝫ moles. Nec q̄cq̄ꝫ niſi pōdus iners: ꝯgeſtaq̄ꝫ eodē. Nō bene iūctarū diſcor/
dia ſemina rerū. Nullus adhuc mūdo p̄bebat lumina titan. Et ſpūs dn̄i: organuꝫ diuine artis ferebat̄ ſup
aquas: vt volūtas architetti cū cuncta ad faciendū diſponit. Cū perfecta ſint opa dei. Creatio reꝝ ſenario
numero explicatur. Cuius partes. vnū: duo: tria ſunt. que in trigonū ſurgāt. In primo creationē. In ſe/
cundo ⁊ tercio diſpoſitionē. In reliquis ornatum Moyſes per opera ſex dieꝝ oſtendit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De opere prime diei.

DIxitqꝫ deus fiat lux. Et facta ē lux. Et vidit deus lucē ꝙ eſſet bona. Et diuiſit lucē a tenebris. Appellauitqꝫ lucē diem. Et tenebras noctē. Factūqꝫ ē veſpere ⁊ mane dies vnus. Moyſes mirū artificiū diuina nō hūana induſtria totiꝰ nature ſecretis apte cōueniēs in ſuo libro oſtentat. q̄ oēm doctrinā ⁊ eloq̄ntiā ⁊ ingeniū ſupat. Glīoſus eñ deꝰ. q̄ ē vera lux. lucēqꝫ diligēs. oīa in luce faciēs. Mūdi fabricā a luce rectiſſime inchoauit. Que tribꝰ diebꝰ vſqꝫ ad q̄rtā (in q̄ luiaria formata ſunt) circuitu ſuo diem naturalē pegit. Extatqꝫ nobiliſſimū corporꝝ ſpūali creature finitimū atqꝫ optimū. ſuā pulcritudinē maxīe cōicans. Cū pūctꝰ minimꝰ totiꝰ mūdi ſpaciū repleat. Ideo lux ſola ē. q̄ mūdꝰ totꝰ bonꝰ ⁊ pulcer ē: ꝑ īmundaqꝫ ſine corruptōne trāſiēs. Et merito lucē vidit qm̄ bona. Cū nihil aliud ſit q̄ p̄mi boni imago tenuis ⁊ vmbratilis ſilitudo. Statim tractāte ſpū aq̄s illas ⁊ ꝓuadente ſbiectū iuſſu dei artificis exorta ē lux decus ⁊ ſplendor: vt nubes lucida ſupiores mūdi ꝑtes ſua claritate illuminās. vt in diluculo fieri ſolet: ꝑ modū ſolis agitata: ſupiꝰ emiſperiū: ⁊ viciſſim inferiꝰ illuminās. Et poſtea diuiſit: vt tenebre ⁊ lux diuerſa emiſperia vendicaret. Appellauit lucē diē a claritate q̄ purgat tenebras: tenebras a nocēdo noctē. ne oculi videant. Secundū harꝝ ꝑtiū dimēſionē diē fecit ⁊ noctē. q̄ ſpacia ⁊ orbes tēporꝝ ꝑpetuos ac volubiles quos vocamꝰ annos alterna ꝑ vices ſucceſſione ꝯficiāt. Ac factū ē dies vnꝰ: q̄ fuit p̄mꝰ dies ſeculi: nō p̄mꝰ dierꝝ oīm ideo nō p̄mꝰ ſꝫ vnꝰ noīatꝰ ē. Et ſic eo die fecit deꝰ materiā informē. Angelos. Celū. lucē. terrā. aquā ⁊ aerē ⁊c. Ipiꝰ q̄ꝫ terre binas ꝑtes ꝯrias inter ſe diuerſaſqꝫ ꝯſtituit. ſ. orientē occidentēqꝫ. Ex q̄bus oriens deo accēſet. qꝛ ipe lumīs fons ⁊ illuſtrator ē rerꝝ. Et qd̄ oriri nos faciat ad vitā ſempiternā. Occidēs autē ꝯturbate illi ꝑueqꝫ mēti aſſcribit. qd̄ lumē abſcōdat. qd̄ tenebras ſp̄ inducat. Et qd̄ hoīes faciat occidere ⁊ interire pctīs. Nā ſic lux orientis ē. In luce aūt vite ratio vſat. ſic occidētis tenebre ſunt. In tenebris autē mors ⁊ interitꝰ ꝯtinet. Deīde alteras ꝑtes eadē rōe dimēſus ē: meridiē ac ſeptētrionē: q̄ ꝑtes illis duabꝰ ſocietate iungūt. Ea ei q̄ ē ſolꝫ calore flagrātior ꝓxia ē: ⁊ coheret orienti. At illa q̄ frigoribus ⁊ ꝑpetuo gelu torpet. eiuſdē ē cuiꝰ extremꝰ occaſus. Nā ſic ꝯrie ſunt lumini tenebre: ita frigꝰ calori. Ut igit calor lumini ē ꝓximus: ſic meridies orienti: vt frigꝰ tenebris. ita plaga ſeptētrionis occaſui. Hec omnia opus quarte diei vberius manifeſtabit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Secundo die dixit deus. Fiat firmamentum in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis: vocauitqꝫ firmamentum celum. Prophetam de celeſtibus miſterijs loquentem audiamus. Fecit eñ deus firmamentum rotundum mobile cetera ſenſibilia continens. Et ex aquis congelatis in modū criſtalli ſolidauit: et in eo fixa ſidera. Spera aūt celi cū ſideribus in ea fixis duobꝰ axis voluit. Quoꝝ alter ſeptētrionalis boreas: Alter auſtralis nothus dictus voluit ab oriēte in occidentē tāta celeritate: vt niſi planete contra curſum eam tardarent mundi ruinaꝫ faceret. Et artifex mundi: celi naturam aquis temperauit: ne conflagratōne ignis ſuperioris: elementa inferiora ſuccenderet. Supra nouem celoruꝫ orbes id eſt ſeptem planetas: ⁊ ſperam octauam quam vocant inerrantem nonumqꝫ orbem qui ratione non ſenſu dephenſus eſt: primuſqꝫ eſt inter corpora que mouentur: creditum eſt decimum celum fixum manens ⁊ quietum: quod motu nullo participet. Neqꝫ hoc tantum creditum a noſtris: maxime iunioribus Strabo ⁊ Beda: ſ꞉ a pluribus etiam hebreorum: pretereaqꝫ a philoſophis ⁊ mathematicis quibuſdam: E quibus ſatis duos ſit attuliſſe: Abraam hiſpanum aſtrologum maximū ⁊ yſaac philoſophū: quoꝝ vterqꝫ hoc atteſtatur: quin ⁊ hic yſaac decimū orbem ab Ezechiele deſignatum intelligit per zaphirū in ſimilitudinē throni: vt color zaphiri lucis nitorem: throni ſimilitudo immobilitatem ſignificet. Sed redeamus ad Moyſem diuidentem aquā ab aquis medio firmamēto. Triplex eñ particio corpoꝝ ſublunariū. Alia ſup̄ mediam regionem aeris ſunt: ſuprema. ſ. pars eiuſdem elementi ⁊ puriſſimus ignis quod totum etheris nomine deſignatur ibi pura immixta ⁊ legitima elemēta. Alia infra ip̄am aeris meditulliū: que apud nos ſunt vbi elementuꝫ purum nullum (neqꝫ eñ purum elementum ſenſibile) ſed mixta omnia ex feculenta craſſioreqꝫ parte mundani corporis conſtāt. Intercedens regio aeris que etiam dicitur firmamētum. vnde ⁊ aues ſub firmamento celi ab eo volantes introducuntur: ea eſt regio in qua ſublimes ille impreſſiones apparent: pluuie: niues: fulgura: fulmina: tonitrua: comete ⁊ cetera id genus. Recte igitur nō ſolum ſitu: ſed ⁊ nature ꝓprietate hoc firmamentum ſuperiora elementa ab inferioribus: quaſi aquas ab aquis diſcriminat ⁊ diſtinguit. Sup̄ eum pura ſunt elementa: infra eam perfecta mixtione ab elementali ſimplicitate diſcedunt. Vocauitqꝫ firmamētum celum: cum tegat omnia ſenſibilia ⁊ inuiſibilia quod a koylon quod eſt concauū deducūt.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De opere tercie diei.

Tercio die deus aquas ſub firmamento in locum vnum cōgregauit ꝛ appareat arida: vocauitq; aridam terram. Congregatões vero aquarum maria appellauit. Uidens ꝙ bonum eſſet: ait germinet terra herbam virentem: ꝛ ſemen facientem: ꝛ lignum pomiferum facientem fructum iuxta genꝰ ſuum. Poſt firmamentum de elementorum integritate: ꝛ poſitura: ꝛ ordine: nos breuiter admonet per collectionem aquarum ad locum vnum: ꝛ preſcriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que inuiſibilis olim fuerat terra: futurum eſt vt ſub conſpectum veniat: neceſſe eſt aquas que ſub celo ſunt id eſt ſub media aeris regione congregari ad locum vnum id eſt ad cōmunem mixtionis colluuiem confluentes: certis legibus tamen: quaſi littoribus preſcriptam in vnum locum: tanq; in matricem coaleſcere. Neq; enim illud ita eſt verum: vt nuſquā diſtinctis diſcluſiſq; in locis aque inueniantur. Cum indicum mare ab hircano: hircanum ab adriatico: adriacicum ab Euxino. Innumera preterea fluuiorum: fontium lacuumq; fluēta longiſſima locorum inuicem intercapedine diſpeſcantur. Sed ideo ad locum vnum congregate aque dicūtur. Quia particulares he atq; diuiſe aquarum collectiones vel marine vel fluuiatiles: omnes vt inquit Salomon ad primarium mare tendentes: in vnum occeani locum vnūtur ꝛ coeunt. Terra autem cum maris vndis obruitur: nec vtilis nobis: nec viſibilis item eſt: ſed tunc ꝛ animalium ꝛ noſtris vſibus idonea: cuz ab eo ſecedens mari magis magiſq; ſub aſpectum venit: tūc fertilis: tunc fecunda. Qđ hic a Moyſe apertiſſime demonſtratur. Cum eam ſimul atq; apparet: ꝛ herbarum ꝛ fruticum et arborum parentem facit. Recte poſt illam aquarum congregationem terram inducit ſtatim viridem ꝛ floreſcentem. In medio autem mundi tanq; centrum poſuit: venis metallorum videlicet auro: argēto: ere: cupro: ſtanno: plumbo: ferro (quod omnia domat) dotauit: cunctis quoq; herbarum generibus ſumma oblectatione in viridi maturitate illico veſtiuit. Herbeq; ſemina: arbores fructus ſuauiſſimos produxerunt. Ferūt quoq; eodem die paradiſuz ab eo factum id eſt ortum fecundiſſimum ꝛ ameniſſimū: omni genere ligni arborumq;. Quem omni amenitate fontium: ꝛ terre virentium: lignorumq; fructum vberrimū producentium conſeruit.



Quarto die dixit deus. Fiāt luminaria in firmamēto celi: ⁊ diuidant diem ⁊ noctē. Et ſint in ſigna ⁊ tpa: ⁊ dies ⁊ ānos: vt luceāt in firmamēto celi ⁊ illuminēt terrā. Et factū ē ita. Fecitq; deus duo lu/minaria magna: luminare maius: vt pēſſet diei: ⁊ luminare min⁹: vt pēſſet nocti ⁊ ſtellas: vt diuide rent lucē ⁊ tenebras. Moyſes pmo celeſtiū meminit q̄ poſuit de⁹ in firmamēto vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illu minarēt ſolē videlicet lunā ⁊ ſtellas: quib⁹ ipa ſupior mundi ps ornaꝑ: vti terra ornaꝑ his q̄ in ea fiunt me tallis: plātis: aīantib⁹. Cū eīn de natura firmamēti dixerat: reſtabat vt de opib⁹ ſiderū: deq; coꝝ officio diſ/ſereret: declarās in quē vſum fundata: ⁊ cui muneri delegata a deo fuerint. Celeſtiū eīn corpoꝝ due ī vniuer/ſum manifeſte opatōnes mot⁹ ⁊ illūiatio: mot⁹ duplex ſtatuiꝑ. Alter mūdi toti⁹ q̄ celū ⁊ ether. 24. horis: p totū ſpaciū vniuerſi pfecto ambitu circūuoluūtur. Alter ſideꝝ ꝓprius multiplex ⁊ varius. Inter q̄s pncipa lis motus ſolis: q̄ ſpacio. xij. menſiū zodiaci ſigna oīa circuit. Ille diē facit: vnde ⁊ diurnus dr: hic autez annū. Reliqui ſiderū motus variis tempoꝝ interuallis paguntur. Recte igitur ⁊ breuiter nos oīm admo/nuit Moyſes cū dixit poſita ſidera in firmamēto in dies annos ⁊ tempa. Indicauit pterea expreſſe reliquā opationē ſideꝝ. Que ē illuminatio: cū dixit ſtatuta illa vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illuminarēt. In hec igitur miniſteria ⁊ lune ⁊ ſolis ⁊ ſtellaꝝ ſunt corpa diſtributa. Sol eīn q̄ oritur in die: licet ſit vnus (vn̄ ſolē eſſe ap pellatū Cicero vult videri) q obſcuratis ſiderib⁹ ſolus appareat. Tamē verū ⁊ pfecte plenitudinis lumē ex ⁊ calore potiſſimo: ⁊ fulgore clariſſimo illuſceſcit oīa. Quis eīn ſtelle innumerabiles micare ac radiare vi/deanꝑ: tamē qr non ſunt plena ac ſolida lumīa: nec caloris pferūt q̄cq̄: nec tenebras multitudine ſua vincūt Duo igiꝑ pncipalia inueniūtur. que diuerſam ⁊ ꝯrīa ſibi hn̄t poteſtatez calor ⁊ humor: que mirabiliter de⁹ ad ſuſtentāda ⁊ gignenda oīa excogitauit. Altiſſime hic ptractāde eſſent q̄ſtiones: ⁊ q̄ ſibi ſingule iuſtū vo/lumē expoſcerent: quo pacto hec ſidera ſint in firmamento: an vti ptes eius nobiliores: an vt aīalia in ſuis ſperis: in aq̄ piſces. iumēta in terris: congreſſum hic itē locus cū Genethliacis ſibi expoſceret diuinādi per aſtra: ⁊ pnoſcēdi futuros euētus: ſciam hinc ꝯfirmātib⁹ q Moyſes ſidera ī ſigna poſita a deo dixerit: Que rendū hic etiā de natura ſiderū: de motu: de pncipatu: de lune maculis: deq; oīni ſiderali ſciētia. Verū quāq; ſint pulcra ⁊ digna cognitu. Audiemus fortaſſis Horacianū illud ſed nunc non erat hic locus.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De opere quinte diei.

Quinto die dixit deus: producant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile ſuper terrā ſub firmamento celi. Creauitqꝫ de⁹ cete grandia: ⁊ omnem animam viuentem atqꝫ motabilem quas produxerāt aque in ſpecies ſuas: ⁊ oīe volatile ſcd̄m genus ſuum. Vidēs quod eſſet bonum benedixit eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris: aueſqꝫ multiplicentur ſuper terram. Ornauit igitur eo die deus aerem ⁊ aquam: volatilia dans aeri: natatilia aquis: q̄ reptilia dicuntur: cum impetu quodam ſe rapiunt. Cete enim grandia ⁊ belluas: maioraqꝫ terreſtribus animalibus ex habundātia humoris ⁊ mōſtrifica in mari reperiuntur. Et quicquid in vlla parte nature naſcitur: ⁊ in mari eſſe vulgi opinio fert. Manifeſta iam que ſequuntur de animalium productione: poſt plantas enim ea ſunt mixta que ſentiunt ⁊ mouentur: quamq̄ꝫ ⁊ in plantis ſtupidum ſenſum adſcribant pitagorici. Hec aūt animantia que citra omnem controuerſiam motu ſenſuqꝫ participant: ⁊ hic a Moyſe: ⁊ in Timeo in volatilia: ⁊ in aquis degētia: ⁊ terreſtria diſtinguūtur. Veniamus igitur ad Moyſem qui poſtq̄ꝫ de celeſtibus dixit terreſtrium animaliū meminit ordine cōgruenti: que vel aquas vel terram vel aerem inhabitant. Si tamen inhabitare aerem volucres dici poſſunt. Relinquamus hic diſputationem: quo pacto corpora animalium ex elementis: aut quid ſint indite a deo naturis rerū ſeminarie rationes: ſit ne item vita brutorū de ſinu educta materie: an diuino potius principio oīs vita proueniat: vt cōſtantiſſime aſſerit Plotinus: cui ſententie fortaſſe videbit᷑ hoc loco ꝓpheta ſuffragari. Cū poſtq̄ꝫ dixit: producant aque reptile anime viuentis: adiecit poſtea creauit deus omne animā viuentē: vbi nō id dūtaxat quiſpiā obſeruaret ꝙ ⁊ aq̄ ꝓducāt deo iubente: ⁊ deinde etiā deus ꝓducat: verꝫ ⁊ illud qd̄ vbi de dei ope agit᷑ ſcriptū eſt: creauit deus animā viuentē. vbi aūt de aq̄s: nō aīam. ſ; reptile aīe viuentis q̄ſi aquis vehiculū. Inter aīalia terre tria memorat Moyſes q̄ in ſeq̄nti die inſinuat. Plurima aūt ⁊ maxima in indico mari aīalia. E quibus balene quaternū iugerꝫ. Et in mari bellue circa ſolſticia maxime viſunt᷑. Tūc illic ruūt turbines: tūc imbres: tūc deiecte mōtiū iugis ꝓcelle ab imo vertūt maria. pulſataſqꝫ ex ꝓfundo belluas cum fluctibus voluūt. auiū quoqꝫ grādiſſime ⁊ pene beſtiarum generis ſtrucio cameli affrici vel ethiopici altitudinem equitis inſidentis equo excedunt: celeritatem vincunt. Multo mirabilius de naturis auium ⁊ piſcium ratio experiendi quotidie in varijs locis datur.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Sexta die dixit deꝰ. ꝓducat terra aiam viuētē. iumēta. ⁊ reptilia. ⁊ beſtias terre iuxta ſpēs ſuas. Et vidit deꝰ qd eēt bonū: ait. Faciamꝰ hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinē nr̄am. Et p̄ſit piſcibꝰ mariſ. ⁊ volatilibꝰ celi. ⁊ beſtijs vniuerſe terre. Et creauit deꝰ hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinē ſuā. Ornatis ſupiorībꝰ mūdi ptibꝰ tādē ſexta die terrā generibꝰ aīaliū ornauit. Inter aīalia terre tria memorat moyſes. iumēta. reptilia. ⁊ beſtias. In qbꝰ tres drias brutoꝝ irrōnabiliū in cōe nob̄ inſinuat. Sūt em̄ beſtie q̄ pfecta ſunt phātaſia: mediū iter irrōnalia locū ſortite: erudiri tn̄ ab hoīe aut māſueſcere neſciūt. Sūt reptilia q̄ ipfectā hn̄t phātaſiā: q̄ſi media iter bruta ⁊ plātas. Sūt iumēta q̄ ⁊ ſi carēt rōe: diſcipline tn̄ hūane q̄q̄mō capaces cū ſint: rōis aliq̄d pticipare videt̄: mediā q̄ſi ſortita ꝯditōem iter bruta ⁊ hoīes. Aīalia autē varijs generiſ diſſilibꝰ formis. ⁊ mag̃ ⁊ miora vt fierēt ipauit. Et facta ſunt bina. i. diuerſi ſexꝰ ſingl'a. Ex q̄ꝝ fetibus: ⁊ aer: ⁊ terra: ⁊ maria cōpleta ſunt. Deditq̄ꝫ his oībꝰ generatim deꝰ alimēta de terra: vt vſui eē hoībꝰ poſſent. Alia nimiꝝ ad cibos. alia vō ad veſtimētū. Que āt magnū ſunt viriū: vt i excolēda terra iuuarent. vn̄ dicta ſunt iumēta. Hactenꝰ de tribꝰ mūdis: ſupceleſti: celeſti: ⁊ ſblūari. Nūc agēdū de hoīe vt de quarto mūdo. Ita rebꝰ oībꝰ mirabili deſcptione cōpoſitiſ: regnū ſibi eternū pare cōſtituit. Et innūerabiles aīas ꝓcreare. qbꝰ imortalitatē daret. Tū fecit ipe ſimulacꝝ ſenſibl'e atꝫ itelligēs. i. ad imaginis ſue formā. q̄ nihil pt eē pfectiꝰ: hoīem figurauit ex limo terre: vn̄ hō nūcupatꝰ ē. ꝙ ſit factꝰ ex humo. Deꝰ rerū oīm machinator fecit hoīem (qd Cicero q̄uis expers celeſtiū lr̄aꝝ: vidit tn̄) q̄ libro de legibꝰ p̄mo h̄ idē tradidit qd ꝓbe Cuiꝰ verba ſbiecimꝰ. Hoc aīal ꝓuidū: ſagax: m̄ltiplex: acutū: memor: plenū rōis ⁊ ꝯſilij quē vocamꝰ hominē: p̄clara q̄dā ꝯditōe generatū eē a ſummo deo ſolū. Eſt em̄ ex tot aīantiū generibꝰ atꝫ naturiſ: pticeps rōis; ⁊ cogitatōis: cū cetera ſint oīa exptia. Eſt āt plerūq̄ꝫ ꝯſuetudo a regibꝰ vſurpata ⁊ p̄ncipibꝰ terre: vt ſi forte magnificā ⁊ nobilē citatē ꝯdiderit. iā vrbe abſoluta imaginē ſuā i medio illiꝰ viſendā oībꝰ ſpectādāq̄ꝫ ꝯſtituāt. Haut aliter p̄ncipē oīm deū feciſſe videꝰ. q̄ tō mōi machīa ꝯſtructa: poſtremū oīm hoīem in medio illiꝰ ſtatuit ad imaginē ſuā ⁊ ſilitudīeꝫ formatū. vt libeat exclamare illd mercurij. Magnū o aſclepi miracl'm ē hō. Hoc p̄cipuo noīe gl'iari hūana ꝯditio pt: q̄ ēt fctm̄: vt huīc illi: nulla creata ſba dedignet̄: huic terra ⁊ elem̄ta: huic bruta ſunt p̄ſto: ⁊ famulāt̄. huic militat celū. huic ſalutē ꝓcurāt āgelice mētes. Nec mirū alicui videri debet: amari illū ab om̄ibus. In quo om̄ia ſuū aliq̄d: Immo ſe tota ⁊ ſua om̄ia agnoſcūt.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De ſanctificatione ſeptime diei

Conſummato igitur mundo: per fabricam diuine ſolercie ſex dierum. Creati eñ diſpoſiti ꝛ ornati tandē pfecti ſunt celi ꝛ terra. Compleuit deꝰ glioſus opus ſuū: ꝛ requieuit die ſeptimo ab operibꝰ manuum ſuarū: poſtꝗ̄ cūctum mundū: ꝛ omnia que in eo ſunt creaſſet: nō quaſi operando laſſus: ſed nouam creaturam facere ceſſauit: cuius materia vel ſimilitudo non preceſſerit. Opus enim propagationis operari non deſinit. Et dominus eidem diei benedixit: ꝛ ſanctificauit illū: vocauitꝗ̄ ipſum Sabatū quod nomen hebraica lingua requiem ſignificat. Eo ꝙ in ipſo ceſſauerat ab om̄i opere qđ patrarat. Vn̄ ꝛ Judei eo die a laboribus proprijs vacare dignoſcūtur. Quem ꝛ ante legez certe gentes celebrem obſeruarunt. Jamꝗ̄ ad calcem ventum eſt operum diuinorum. Illum ergo timeamus: amemus: ꝛ veneremur. In quo ſunt omnia ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia. Et a domino celi: domino bonoꝝ omniū. Cui data om̄is poteſtas in celo ꝛ in terra. Et preſentia bona: quatenus bona ſint. Et veram eterne vite felicitatem queramus.




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

## Diſtinctō orbiū tam celeſtiū q̄ʒ elementarium.

Corporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus. ſcilicet in natura celeſti: et in natura elementari. Celeſtis autem diſtinguitur in tres celos principales. ſcilʒ empyreum. criſtallinum ⁊ firmamentū. Intra firmamentum vero quod eſt celum ſtellarum cōtinent̄ ſeptem orbes ſeptem planetarū qui ſunt Saturnus. Jupiter. Mars. Sol. Ven⁹. Mercurius. Luna. Nomine autē celi criſtallini ſiue aquei intelligit̄ prima pars materie prime que ſm philoſophū formata eſt ī duos orbes: quorum ſupior eſt primū mobile. Iſtorū orbium natura eſt ꝙ omnes mouent̄: excepto empyreo celo: qđ quietū eſt. Natura vero elemētaris in q̄tuor ſperas principales diſtinguit̄. ſcilicʒ ignis aeris. terre ⁊ aque. Spera ignis tria habet interſtitia videlicet: ſupremū qđ vocat̄ igneum: ac mediū ⁊ infimū quod vocat̄ olimpium. Aer ſimiliter habet tria interſtitia: ſcilicet: ſupremum quod vocat̄ ethereum: ⁊ medium ac infimū qđ dicit̄ aereum. Et in ſupremo eſt calor ⁊ lux propter ſolis ꝓpinquitatē. Similiter eſt ⁊ in infimo: ſed ꝓpter radiorū repcuſſionem a terra. In medio aūt interſtitio ad quod nō ꝑtingere poteſt repcuſſio radiorū ē frigiditas et obſcuritas: in quo dicuntur habitare demones qui detruſi ſunt in hunc aerem caliginoſum. Ibi etiā fiūt tempeſtates: ſcilicet tonitrua: grando: niues: et ſilia. Ex his collige duodecim orbes mundi terram ⁊ aquam ambientes: qui omnes celi poſſunt vocari. Iſtos autē excellit celum trinitatis ipſe deus qui eſt in omnibus ⁊ ſuper oīa. Diſtantia predictorum orbium et planetarum hec eſt. A terra vſq̄ʒ ad lunam ſunt miliaria. xv. dc. xxv. miliaria. hec ſunt ſtadia. cxxvi. A luna vſq̄ʒ ad Mercurium ſunt miliaria. vij. dccc. xij. et ſemiſſe. A mercurio vſq̄ʒ ad venerem tantū. A venere vſq̄ʒ ad ſolem. xxij. cccc. xxxvi. A ſole vſq̄ʒ ad martē ſunt miliaria. xv. dc. xxv. A marte vſq̄ʒ ad iouem. vij. dccc. xij. A ioue vſq̄ʒ ad ſaturnum tantum. A ſaturno vſq̄ʒ ad firmamentū. xxiij. cccc. xxxvi. Ex iſtis ſeq̄tur ꝙ a terra vſq̄ʒ ad celum ſtellatū ſunt centum ⁊ nouem milia: et ccc. lxxv. miliaria.

## Diſtinctio celeſtium hierarchiarum.

De celeſti vero natura triplicem quidam poſuere diſtinctōnem. ſcilicet ſupnaturalem. id eſt ſupceleſtem. celeſtem ⁊ ſub celeſtem. Supceleſtis eſt in tribus pſonis vt q̄dam dixerunt ⁊ male. quia ſm Dyoniſium hierarchia dicit ordinē: ⁊ ille abſolute nō eſt in tribus pſonis: ſed tm̄ ordo nature. Celeſtis in ordinibus angelicis. Subceleſtis in hominibus ſanctis. Porro hierarchia celeſtis diuidit̄ ī ſuperiorem: mediā ⁊ inferiorem. Superior continet tres ordines ſcʒ ſeraphin ⁊ cherubin ⁊ thronos. Quorū primi ꝯſiderant dei bonitatē. Secundi virtute. Tercij equitatē. Item in primis deus amat vt charitas. In ſcđis noſcit vt veritas. In tercijs ſedet vt equitas. Media cōtinet dominatōnes principatus poteſtates. Quorū primi officia regūt angelorum. Sequentes capitibus pſunt populorū. vltimi poteſtatem coercent demonū. Item in primis dn̄s dominat̄ vt maieſtas: in ſequentibus regit vt principat⁹: in vltimis tenet̄ vt ſalus. Inferior hierarchia ſiliter ꝯtinet tres ordines. ſcʒ virtutes. archangelos. angelos. ad quorū priores ꝑtinet miraculorum opatio. ad ſecūdos magnorū negociorum denunciatio. ad tercios humane cuſtodie ſolicitudo. Item in primis deus opatur vt virt⁹. In ſcđis reuelat vt lux. In tercijs nutrit vt inſpirāſ. Hec dicta ſunt ſm Gregoriū. Sed ſm dyoniſium virtutes ſunt medius ordo hierarchie ſecūde: principatus primus ordo tercie hierarchie. Hoc attende ꝙ in qualibet triū hierarchiarum premiſſarum notatur trinitas pſonarū diuinarum: vt patet in celeſti hierarchia tam ſuperiori q̄ʒ media q̄ʒ inferiori.

## De tempore ſiue etatibus.

Mundi etates accipiunt̄ ſimilitudinarie iuxta etates homīs: ſunt aūt ſex etates mūdi. Quarū prima incipit a mūdi creatōne ⁊ durat vſq̄ʒ ad diluuiū: ⁊ habuit ſm hebraicam veritatē annos. 1656. Scđm ſeptuaginta interptes (ſicut Iſidorus exponit) ⁊ alios q̄ʒ plurimos quos hic ſeq̄mur hūit annos. 2242 ⁊ ſic differūt in ān̄is. 586. quos hebrei minus hn̄t in hac etate: et iuxta hanc cōputum matuſale mortuus eſt ante diluuiū: eodē tn̄ anno quo diluuiū fuit. Scđa etas incipit a diluuio: et durat vſq̄ʒ ad natiuitatem abrahe: ⁊ habuit ſm hebreos annos. 292. ſm ſeptuaginta. 942. et ſic differūt in annis. 650. quos iterū hebrei minus hn̄t. Que aūt ſit ratio tante diuerſitatis inuenire nō potui. Tercia etas incipit a natiuitate abrahe: ⁊ durauit vſq̄ʒ ad iniciū regni Dauid hn̄s ſm hebreos annos. 941. ſm ſeptuaginta. 940. Quarta etas incipit a principio regni dauid ⁊ durat vſq̄ʒ ad transmigratōem babilonis: ⁊ habet annos. 484. ſm hebreos. ſm ſeptuaginta. 485. Quinta etas incipit a transmigratōne babilonis. ſcilʒ q̄n hieruſalē deſtructa fuit: ⁊ templū in ea incenſum: et durauit vſq̄ʒ ad benedictā natiuitatem xp̄i habens annos ſm hunc modū pretactum quem hic ſequimur 590. Et ſicut p̄dictum eſt grandis eſt altercatio de ſupputatōne annorū hui⁹ etatis diuerſi diuerſimode cōputāt. Sexta etas incipit a xp̄i natiuitate ⁊ durat vſq̄ʒ ad finem mundi cui⁹ terminum ſolus deus nouit ⁊ hec dicit̄ ſenectus: ſiue hora nouiſſima. His aūt etatibus pōt adiūgi ſeptima etas q̄ eſt quieſcentiū. et currit cum ſexta: et octaua etas q̄ eſt reſurgentium. Porro ſm hebreos in prima etate mundi ſunt generationes. x. In ſcđa. x. In tercia. xiiij. In quarta xvij. quas tamē Matheus gratia miſterij. xiiij. ponit. In quinta. xiiij. Etates aūt hominis ſūt iſte. Prima ē infantia homīs a natiuitate hoīs vſq̄ʒ ad ānos. 7. Scđa etas eſt puericia vſq̄ʒ ad ānos. xiiij. Tercia etas ē adoleſcētia a. 15. anno vſq̄ʒ in. 38. Quarta ē iuuēt⁹ vſq̄ʒ ad. 49. Quinta e ſenect⁹ a. 50. āno vſq̄ʒ ad. 79. Sexta ē decrepita etas ab āno. 80. vſq̄ʒ dum vita finit̄.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

PRima etas mundi ab Adã vſqꝫ ad diluuiũ habet ſm Hebreos ãnos 1656. ſm ſeptuaginta interp̃tes Iſidoruz ⁊ plures alios quoꝛuz numerus in etatibus conſequẽter ponitur habuit annos. 2242.

SUmma bonitas volens cõmũicare ſuuz bonũ ⁊ alijs fecit creaturaz rationalem q̃ ſummũ bonũ intelligeret: itelligẽdo amaret: amãdo poſſideret: poſſidẽdo beata eẽt. Fecit deꝰ aũt primũ hoĩez formãdo corpꝰ eiꝰ ꝑ miniſterium angeloꝝ de limo terre ĩ agro damaſceno ⁊ inſpirauit ĩ faciẽ eiꝰ ſpiraculum vite: hoc ẽ aĩam creauit: quaz corpori facto vniuit. Factꝰ aũt ẽ homo ad ymaginez dei in naturalibꝰ ⁊ ad ſilitudinez in gratuitis. Ecce dñs mirabili ꝑfudit gr̃a. Cũ ergo marẽ ad ſilitudinẽ ſuã primuz finxiſſet: tũ etiã feminaz ꝯfigurauit ad ipſius hoĩs effigiem vt duo inter ſe ꝑmixti ſexꝰ ꝓpagare ſobolem poſſent: ⁊ omnẽ terrã multitudine opplere.

FOrmatis aĩantibꝰ terre ⁊ volatilibꝰ adductis ad Adã vt videret ea: cũ adã nõ ĩueniret adiutoꝛ ſilis ſibi. immiſit dñs ſoporẽ in Adã ⁊ tulit vnã de coſtis eiꝰ: replẽs carnẽ ꝓ ea: ⁊ edificauit in mulierẽ. Quã adã vidẽs dixit: h̃ nũc os de oſſibꝰ meis h̃ vocabit̃ Iſſa qð latie mlr̃ interp̃tat̃: qꝛ de viro ſũpta ẽ. Factũ igit̃ adã deꝰ in ꝑadiſum traſtulit: ⁊ ibi de coſta dormiẽtis Euã ꝓduxit: ſibiqꝫ ſociã formauit: Hãc ñ fecit de capite ne viro dñaret̃: nõ de pede viri ne ꝯtẽneret̃: ſꝫ de latere vt amoris vinculũ ꝓbaret̃: etiã vt nõ loci generis nobilitate: ſꝫ virtute vnuſq̄ſqꝫ ſibi cõparet gr̃am. Iđ extra ꝑadiſuz vir factꝰ ẽ: mulier vero ĩtra paradiſũ. Creat̃ deniqꝫ extra ꝑadiſũ h̃ eſt ĩ inferiori loco vir factꝰ melioꝛ inuenit̃ ꝓ Eua q̃ in ꝑadiſo facta fuit. Adã igit̃ ꝓthoplaſtũ primũ hoĩem ſummꝰ oĩm reꝝ fabicatoꝛ deus ſexto die ſecl'o q̇nta ⁊ viceſima marcij beſtijs terre creatis cũctiſqꝫ reptilibꝰ ⁊ volucribꝰ de limo terre rubeo ĩ agro damaſceno tãqꝫ creaturaꝝ omniũ finẽ ⁊ poſſeſſorẽ finxit.



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute



QUncꝫ ſuggerente diabolo in forma ſer/
pentis ꝓthoparētes mandatuz dei trāſ/
greſſi fuiſſent: maledixit eis deus: et ait
ſerpenti. Maledict⁹ eris inter omnia animātia
ꝛ beſtias terre: ſuper pectus tuum gradieris: et
terram comedes cunctis diebus vite tue. Muli/
eri quoqꝫ dixit. Mltiplicabo erūnas tuas: ꝛ cō/
ceptus tuos: in dolore paries filios ꝛ ſb viri po
teſtate eris: ꝛ ipē domiabitur tibi. Ade vo dixit
Maledicta terra in opere tuo ī laboribus come
des ex ea: ſpinas ꝛ tribulos germinabit tibi: in
ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuer
taris in terram de qua ſumptus es. Et cū feciſſ
eis deus tunicas pelliceas eiecit eos de paradi/
ſo collocans ante illum cherubin cum flammeo
gladio: vt viam ligni vite cuſtodiat.

ADam primus homo formatus de limo
terre triginta annorū apparens impoſi/
to nomine Eua vxori ſue. Cuz de fructu
ligni vetiti oblato ab vxore ſua comediſſet: eie
cti ſunt de paradiſo voluptat: in terram maledi
ctionis vt iuxta imprecationez domini dei. Adā
in ſudore vultus ſui operaretur terram: et pane
ſuo veſceretur. Eua quoqꝫ in erūnis viueret fili/
os quoqꝫ pareret in dolore. quam imcompabili
ſplendore decorauit. eā felicitatis ſue inuid⁹ ho
ſtis decepit: cū leuitate feminea fructus arboris
temerario auſu degustauit: ꝛ virū ſuū in ſentēti/
am ſuam traxit. Deinde perizomatibus foliorū
ſuſceptis ex delitiaꝝ orto in agro ebron vna cuz
viro pulſa exul venit. Tandem cuz partus dolo
res ſepius expta fuiſſet cuz laboribus in ſenū ꝛ
tandē in mortez ſibi a domino predictā deuenit.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

# De paradiſo ⁊ quatuor fluminibus eius.

Paradiſum terrenum ſeu deliciarum ſub linea equinoctiali verſus oriens ſituatum a principio dominus deus plantauerat. Qui latine hortus ſiue pomarū dicitur Hebraice heden quod delicie ſonat: quaſi deliciarum hortum omniū arborꝫ genere conſitum Ubi ⁊ lignum vite poſitum erat. Hūc locū muro igneo a terra vſqꝫ ad celum perfecte vallatuꝫ aiunt. Hic etiam cherubin aſſerūt flāmineo gladio anteſtare prohibentem volentes adire. In quo Adam ⁊ Eua fuerunt producti: demū peccato gule expulſi. In eoqꝫ poſiti Enoch voluptuantur ⁊ helyas morituri manibus antixp̄i: hic autē locus in oriente longo maris tractu a noſtro habitabili ſegregatus omī amenitate cōſpicuus ſcribitur. Qui habꝫ ſalubritatem amenitatem atqꝫ iocunditatē de cuius medio fons egreditur qui totum irrigat. Quiqꝫ in quatuor naſcentia diuiditur flumina vt expoſitores Geneſeos profitentur.

## Ganges qui ⁊ phiſon

Primus fluuꝰ phiſon q̄ ⁊ gāges appellatur fluuius indie pergrādis atqꝫ famoſus: qui vniuerſam circuit indiam. Is in orientem tendens a. xix. maximis atqꝫ nauigabilibus fluminibus augetur. Et vltimo pluribus oſtijs occeanum ingreditur. Quotcunqꝫ autem exundet alueis in mare: adeo grādis eſt vt vbi minus occupet latitudinis. viij. M. paſſuum pateat: vbi plurimuꝫ centum altitudinis nuſqꝫ minus. xx. paſſibus reperitur. Aduerſus quem Cyrus perſarum rex quaſi cepti oblitus bellum inauditum ſumpſiſſe fertur. Nā cū vnū ex regijs equis candore atqꝫ forma precipuum quem fiducia tractus trāſuadare perſuaſerat: a vorticinibus vndaruꝫ circumagi atqꝫ abſorbi vna cum inſidente cerneret aiūt iratuꝫ iuraſſe ſe illum adeo extenuaturum: vt qui equū atqꝫ equitem optimū abſorbiſſet: mulieribus vix genua tingētibus vadoſum faceret. Nec verbis opus defuit. Nam totis in hoc expoſitis copijs. In cccc. lx. alueos flumen detraxit. Anno integro operi dato nō obſiſtente ꝙ niſi more augeri dicatur certo anni tp̄e et adiacētes fecūdare agros.

## Gion qui ⁊ Nilus

Gion qui ⁊ nilus ſecundus appellatur fluuius totius orbis p̄maximꝰ fluuius arbitratur. Huic ſm̄ quoſdam latine nomine melo. Alij dicunt hunc eſſe quem theologi Geon. nūcupant: ⁊ ex paradiſo deliciarū fluere: incole Nilum vocant ꝓpter limū quem trahit: ⁊ eo egiptia arua fecundat. Is e nigro flumine quem accole nili patrem dicunt rapido veniens curſu affricam omnem ab Ethiopia ſeperat: ⁊ plurimas inſulas faciens venit ad eā clariſſimā Meroem a dextris eius nominatꝰ aſtuſapes qd̄ idē ſonat quod latens. Et p̄mū aſper partimqꝫ nauigia deferēs in ampliſſimū effunditur lacum: deinde varijs incitatus irritamentis montium coartatur rupibus: ad eum locum deueniens ethiopum qui Cattaduppa vocatur tam violēter inter obuios ſcopulos ſuo impellitur impetu: vt vaſto aquarum ſe frangentium rumore incolarum aures in ſurditatem vſqꝫ ledat: deinde lenis violentia poſita placidꝰ ac nauigabilis efficitur. Et primo circa cercaſorū oppidum incipit eſſe triplex. Cuius pars vna ad deltam ⁊ meltam declinās iterum ſeperatur. et ſic diuiſus atqꝫ vagus: alijs etiam alueis varie ſeperatis in ſeptem poſtremo totus diuiſis partibus omnē egiptum irrigat annuo incremēto. Et demum egiptio mari ꝑ ſeptem ingentia miſcetur hoſtia. Scripſerunt veteres hunc eſſe ſiluarum altorem permaximum et beluarum immaniū productorem ⁊ crocodillorꝫ ⁊ hippotamorꝫ ⁊c̄. Preterea calami atqꝫ papiri: ⁊ agrorum fecundatorum inclitum ſuis annuis incrementis. Que fieri contingit vt plurimū ſole tenente leonis finem: ⁊ ad medium vſqꝫ virginis augeri demum declinare: et in ripas reuocare aquas incipere: donec ſol virginis in finem vel libre principium venerit: ⁊ tunc totum infra veterem alueum contineri aſſerunt fluminis huiꝰ aquas talis eſſe virtutis vt fecundas faciat mulieres.

## Tigris.

Tigris Tercius qui ſcd̄m Joſephum dilat quod ſonat acutum: eo ꝙ velociſſimus ſit Armenie maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam a noſtris vnus ex quatuor padiſi delitiarꝫ exeuntibꝰ affirmatur. Is quom medorum fines attigit repētinus factus: tigris nomen aſſumpſit: ſic em̄ ſagittam volucrem medi vocant: nec diu ⁊ comperto aritiſſa lacu curſuqꝫ ſeruato violentus ⁊ integer atqꝫ diſcolor ꝑ illum effertur. deinde tauro monte obuio antro montis immergitur. Et ꝑ latebras merſum in aduerſam partem vluas et purgamēta plurima ſecum trahens apud lacum qui Zorāda appellatur omnia demerſa ferens: factuſqꝫ iterum fluuius in cuniculos mergitur iterato. Et poſtqꝫ. xxv. mil. paſſuū occultus excurrit: tercio redditur terris in regione ſophen circa nympheum adeo ꝓpinquus Arſenie fluuio in regione Arthent: vt quom quacūqꝫ ex cauſa intumuerit: ſeruatis ſibi quiſqꝫ vndis ſuis confluant vna: cuius rei teſtimonium lenior Arſenie curſus eſt. Qui mox diuiſus in Euphratem iter dirigit relicto tigri. Qui ſuſceptis ex armenia claris fluminibꝰ parthenos ⁊ alios diſiūgit. Et vt aſſerunt aliqui Niniuē in partes diuidit et Meſopothamiam faciens luſtratis radicibus montium Coridriorum circa Apamiam Seleuciā atqꝫ babiloniā. xxv. mil. paſſuuꝫ in alueos diuiſus duos funditur. Quorum vnus quem meridienſem vocant Seleuciam ⁊ Meſſenem alluit. Alter autē in ſeptētriones verſus campos caucaſi irrigat: ⁊ vbi in vnum rediere alueum tigris dictus eſt. Uerum

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

cum hos. lx. mil. paſſibus ampliauit vaſto effu
ſus alueo dextra carnicis oppidi perſicum ī ma
re defertur: nec vno tamē hoſtio ſed plurib⁹ mi
ſcetur eidem. Allij vo dicunt hunc rubro infun
di mari.

## Euphrates.

Euphrates quartus fluuius qui frugi
fer ſonat inter ceteros fluuios memora
tu plurimo celebris eſt. tam veteꝝ litte
ris ꝙ exundationibus ſuis. Hūc quidaꝫ volūt
ex paradiſi fonte mortalibus quidem incogni
to deriuari. alij dicūt in armenia maiori in mōte
cui paracoatra nomē haud longe a fonte tigris
oriri. Is aliquibus ſuſceptis fluminibus vali
dior factus in taurū mōtem vires experit̄ ſuas.
Cui cum nō reſiſtat taurus progreditur victor:
ſed ſaxoſus atqꝫ violentus ad dexteram Coma
genam: ad leuam autem relinquit arabiā. Verū
ſunt qui velint eum in alueos duos diuidi: q̄rū
alium in tigrim effuudi dicūt: reliquū vo ꝑ mea
tis medoꝝ gordianorumqꝫ terris in Meſopota
miā ferri. Et babiloniam quondaꝫ Caldeoꝝ re
ginam in ꝑtes duas curſu medio ſeperare. In
de hic idem poſtqꝫ aliq̄ꝫdiu effluxit qui nauiga
bilis ⁊ ingens ante fuerat in paludibus diſper
ſus ampliſſimis tenuis efficit̄ riuus ⁊ incogni
tus (vt aiūt) nuſqꝫ aperto exitu effluit. Eſto ſint
q̄ dicant eū in mare rubrū fundi. Volunt in ſuo
hūc nili more ⁊ fere eodē tempe Meſopotamiā
irrigare: atqꝫ fecūdam facere et ſeſe in alueū ſta
tuto tempore reuocare. Quāobrem euꝫ nomen
Euphratis ſortitū volūt. Cū hebraice Euphra
tas fertilitas appellet̄: dicunt ⁊ alij aquas eius
eſſe vitales. Et ob id a priſtis auxeneum fuiſſe
vocatum.

Cum omnia in quibus hiſtoria verſatur
complecti rerū ſcriptores deceat: pauca
de diuerſitate maris ac eius nominibus
iuxta varietatem regionū adiūgere libuit.

Homerus terrā omnē quā īcolimus ab
lui occeano ꝓdidit. Neqꝫ alienū eſt inſu
lam eam eſſe. Naꝫ quocūqꝫ accedere ad
extrema terre mortalibus ꝑmiſſum eſt mare īue
nitur. Quod occeanū appellamus: ⁊ hūc noſtre
habitabilis terminum quaqꝫ verſum exiſtimāt
Occeanus autem quem greci ſic nomināt de ce
leritate: ab occaſu ſolis irrumpēs leuo latere eu
ropam radit. affricamqꝫ dextro ſciſſiſqꝫ calpe et
abīna montibus. quos dicūt colūnas herculis
inter mauros funditur ⁊ hiſpaniaꝫ. at freto iſto
quodaꝫ oſtio aperit limē interni equoris mixt⁹
mediterraneis finibus quouſqꝫ ad orienteꝫ ꝓ
pellit. Horū qui hiſpanias perfudit. hibericus
fertur. ⁊ balearicus qui in narbonēſem ꝓuinci
am: gallicus mox liguſticus ab eo ad Siciliam
tuſtus. quem greci Ionū vel tyrrhenū Itali in
ferum vocitant. a ſicilia vſqꝫ cretam ſiculus: in
de creticus qui in pamphiliam ⁊ egiptum ꝑten
dit. Que aquarum moles torto in ſeptemtrio
nē prius latere amfractibus magnis iuxta greci
as illiricum ⁊ helleſpontum in anguſtias ſtrin
gitur ꝓpontidis. Que ꝓpontis aſiam Europā
qꝫ diſcriminat. Cauſam nominuꝫ nō vniformis
dedit ratio aſiaticum et phoenicū a prouincijs
dictum: ab inſulis carpathium egeum Icareuꝫ
cyprium. a gentibus auſonium dalmaticum li
guſticum. ab oppidis hadriaticum argolicum.
⁊c. Egiptiū pelagus aſie datur. gallicum Euro
pe. affricanum libye. Hec in gremijs terrarum.
Oras autem extremas vt dictum occeanus am
plectitur. Qui a littoribus ſuis arabicus perſi
cus Indicus: eous: ſericus: hyrcanus: caſpius
ſcithicus germanicus gallicus atlanticus. libi
cus. egyptius dicitur. Cuius acceſſus incremē
ta circa littora indie vehementiſſime proruunt:
maximoſqꝫ ibi exitus faciunt. ſiue quod ſuſpē
ſius altius tollatur vi caloris. ſiue ꝙ in ea par
te orbis ⁊ fontium ⁊ fluminū copia ſit effuſior.
Circūnauigari an hec inſula queat: dubitatū eſt
Strabo Gnoſius auſtrale pelagus ꝓpter intol
lerabilem eſtum. boreale quoniā frigore concre
tum eſſet: minime nauigari poſſe putauit: Juli
us Solinus iube teſtimonium adducit qui vni
uerſe partis terre meridiane quaꝫ plurimi ꝓpter
ſolis ardorem peruiā negauerunt facta vł getiū
vel inſularum cōmemoratione ad confirmande
fidei argumentum: om̄e mare qđ ab india vſqꝫ
in hyſpaniā retro affricam cingit: nauigabile af
firmauit. Plinius veronenſis ſcribit in arabico
ſinu res gerēte Ceſare auguſti filio: ſigna naui
um ex hiſpanīēſibus naufragijs fuiſſe recogni
ta: ⁊ annone florēte Carthaginis potentia cir
cūuentum a Gadibus ad finem arabie. eam na
uigationem ſcripto prodidiſſe. Corneliuꝫ quo
qꝫ nepotem auctorem facit qui Eudoxiū quen
dam ſua etate cum lathirū regeꝫ fugeret Arabi
co ſinu egreſſum Gades vſqꝫ profectum cōme
morat. Celiūqꝫ antipatrem a ſe viſuꝫ: qui ex hi
ſpania cōmercij gratia vſqꝫ in Ethiopiam na
uigarit. De ſeptemtrionali occeano maior con
tentio eſt quem tamen magna ex parte diui Au
guſti auſpicijs: circa germaniam nauigatum cō
ſtat vſqꝫ ad Cimbrorum promontoriū. Caſpia
vo littora Macedonum armis Seleuco ⁊ An
thiocho regnātibus ita explorata et pernauiga
ta ſunt: vt ꝑuo breuius ꝙ totus hinc atqꝫ illinc
ſeptemtrio ſit remigatus. Plinius nepoſ teſti
monio vtitur qui metallo celeri Gallie procon
ſuli donatus a rege ſueuoruꝫ indos aſtruit: qui
ex india cōmercij cauſa nauigantes tempeſtati
bus eſſent in germaniam arrepti. Apud Otto
nem hiſtoricū legitur ſub imperatoribus theu
tonicis indicam nauium ⁊ negociatores indos
in germanico littore fuiſſe dep̄henſos: quos vē
tis agitatos ingratis: ab oriētali plaga veniſſe
cōſtabat qđ accidere minime potuiſſet ſi (vt ple
riſqꝫ viſum ē) ſeptētrionale pelagus innauiga
bile cōcretumqꝫ eſſet. A colūnis herculeis mau
ritanie atqꝫ hiſpanie et galliarum circuitus: to
tuſqꝫ forme occidens hodie nauigatur. Orien
tem nobis incognitum: cuꝫ religionum atqꝫ im
periorum diuerſitas. tū barbaries immēſa red
didit: veteres tamen nauigatum produnt.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

8

# Nota de paradiſo hec ſequentia ſm doctores diuine ſcripture

EVit aũt ille locus ſm Damaſce. exulta
tionis vniuerſe, pmptuariũ ꝗ terre excel
ſioꝛ poſitus eſt. ⁊ tpato ac puriſſimo ae
re refulget: plantis ſemꝑ floꝛidis comatus eſt:
bono odoꝛe plenꝰ nullũ irrõnabiliũ inhabitat.
Eſt etiã ſm yſido. om̃i genere ligni ⁊ pomiferũ
arboꝝ conſitus: nõ eſtus ſed tempies aeris per/
petua. E cuius medio fons ꝑcurrens totum ne
mus irrigat. Et ſm mgr̃m i hiſtoꝛijs ſuꝑ Gen̄.
Paradiſus ẽ in pꝛincipio mũdi partis oꝛienta-
lis locus. tam altus ꝙ aque diluuij vniuerſalis
ipm̃ nõ attigerũt: qꝛ ſm Strabũ ⁊ Bedã pertin
git paradiſus vſ ad globũ lunarem qꝺ tamen
ꝗdam impugnãt vt Henricus de Eruoꝛdia. Et
alij quidã. ⁊ eſt locus ameniſſimus lõgo tractu
terre ⁊ maris: ⁊ ſi homo non peccaſſet deus qui
totum mundũ fecit: ⁊ paradiſum ampliaſſet. ſic
ꝙ om̃es homines cõcluſiſſet. Arboꝛes paradi-
ſi comã nunꝗ perdunt. Ibiq Enoch ⁊ Helias
vſ hodie incoꝛrupti perſeuerant: vt dicit mgr̃
in hiſtoꝛijs. Et paradiſus tante eſt altitudinis.
ꝙ eſt inacceſſibilis ſm Bedam. et tam altus ꝙ
etheream regionem contingat. ⁊ ꝙ aque caden
tes de eo tm̃ faciũt ſtrepitum hominibus in vi-
cinio cõmoꝛantibus: vt perdant ſenſum auditꝰ.
vt dicit Baſilius in examerõ ⁊ ſanctꝰ Ambro/
ſius. Iſte aque ſunt que pꝛocedunt de vno fon-
te paradiſi. ⁊ generant quatuoꝛ riuos. ſ. phiſon
ꝗ ⁊ ganges dicit̃. Geon qui et Nilus. Tigrim
⁊ Eufratẽ. quo ipſi vero quatuoꝛ riui fluant ha
betur Geneſ. ij. Et eſt paradiſus ſm Albertum
magnũ: locus temperatiſſimꝰ libꝛe ⁊ arieti pe
ne ſuppoſitus. quia in oꝛiente iuxta toꝛridaz zo
nam. Ideo bis in anno ſol pertranſit centrũ pa
radiſi. ⁊ eſt ibi aer ſubtiliſſimus ⁊ incoꝛruptus:
⁊ ſemper equinoctium: ⁊ vterq polus ibi vide
tur: ab Helya ⁊ Enoch inhabitatur: et arboꝛes
bis ibi in ꝗlibet anno fructificant. quia duplex
eſt ibi eſtas. ⁊ duplex hyems in anno: et vtrũq
noſtrum ſolſticium ẽ eis pꝛofundiſſima hiems:
⁊ vtrũq equinoctiũ pꝛofundiſſima eſtas. Ideo
dicit Marcianus ꝙ in India ſingulis ãnis due
ſunt eſtates ⁊ fruges bis metũtur. Patet igitur
ꝙ eſt locus altiſſimus terre. Secretiſſimus. Tẽ
peratiſſimus. Ameniſſimus. quia eſt ibi loci vi
riditas: floꝛum venuſtas: flagrantia aromatum
Irriguũ fontium. Ambꝛoſitas arboꝛuz. Vber
tas fructuũ: Cantus auiũ. Quinto locus oꝛdi-
natiſſimus. Sexto fertiliſſimus. ideo bene oꝛtꝰ
omniũ deliciarum dicitur.

FEcit quoq deus ad oꝛnatum et decoꝛez
paradiſi triplex genus lignoꝝ ſm yſiꝺ.
⁊ Auguſti. de ciuitate dei. Vnũ ad ſuſtẽ
tationem vite per nutrimentum: de quo dedit p̃
ceptum affirmatiuũ dicens. Gen̄. ij. ex omni li-
gno paradiſi comede. Aliud fuit ad ꝓbatõnez
obedientie. ſ. lignum ſciẽtie boni ⁊ mali: de quo
dedit pꝛeceptum negatiuũ dicens. de ligno autẽ
ſciẽtie boni et mali ne comedas. quod tamẽ nõ
ſeruarunt noſtri parentes pꝛimi. Ideo guſtato
pomo aperti ſunt oculi eoꝛum. ſ. ad concupiſcẽ/
dum ſeinuicem. ad quod ante non patebant ſm
Auguſti. ibidem in gloſa. non ꝙ ante ceci erant
ſicut quidã falſe imaginati ſunt. Et cognito pꝛu
ritu carnis ⁊ libidinis in ſe. ⁊ ſe eſſe gratia ſpo-
liatos conſuerũt perizomata id eſt ſuccintoꝛia ſi
ue bꝛacas de folijs ficus vt ſic ſe cooperirẽt ⁊ de
fenderent. Non tamen eſt intelligendum ꝙ pec
catum Ade ⁊ Eue fuit ex parte fructus illius li/
gni vel eſus eiuſdem vt dicit Auguſti. de ciuita/
te dei. ſed ratione affectus inoꝛdinati pꝛeponen
tis ſe diuine iuſſioni: quia aliud ẽ pꝛohibitum:
quia pctm̃ ⁊ malũ ſicut homicidiũ furtũ ⁊ men/
daciũ. Aliud v̾o eſt pctm̃ ex eo: quia ẽ ꝓhibitũ
ſic fuit hic. Comeſtoꝛ dicit ꝙ lignũ ſcientie bo-
ni ⁊ mali dictũ eſt ex eo. ꝙ ex eius comeſtõne ſe
cutũ eſt: qꝛ ſenſerũt ſtatim poſt comeſtõnem ma
lum egritudinis ⁊ imbecillitatis ac rebellionis
carnis cõtra rationem. et ſic ceperũt cognoſcere
bonũ ſanitatis firmitatis obedientie ac malum
infirmitatis egritudinis imbecillitatꝭ ac inobe-
dientie. ſicut medicus melius nouit moꝛbos cũ
non ſolum infirmos viſitat ſed cum ipe infirma
tur. Nam quod pꝛius nouit per ſcientiã: poſtea
diſcit per expientiam. Naz dulcia non meminit
qui nuꝗ guſtauit amara ⁊ econuerſo. Tercium
fuit lignum in paradiſo nobilius alijs. ſ. lignuz
vite ⁊ hoc tripliciter. Pꝛimo ꝓpter effectum. qꝛ
dabat ſe comedenti cauſam immoꝛtalitatis ⁊ ꝓ
hibebat cauſaz infirmitatis ⁊ imbecillitatis: nõ
tamẽ virtute naturali pure: ſ magis gratuite ꝓ
pter virtutẽ anime obedientis deo: que erat im/
moꝛtalitatis cauſa pꝛincipalis ipſius coꝛpoꝛis
ſm Tho. in ſcripto ſecũdi ſenten. quia quotiẽs
homo fuiſſet infirmatus de iſto ligno ſumpſiſſz
⁊ ſanitati datus fuiſſet: ⁊ hoc ſic cõtinuaſſet vſ-
q dum numerus electoꝛum completus fuiſſet.
tunc omnes ſimul in celum rapti fuiſſent. Scdo
ꝓpter ſitum: quia ſitum erat i medio paradiſi ꝗ-
ſi pꝛecioſius et dignius oim̃. ſicut coꝛ animalis
in medio coꝛpoꝛis ponitur: et quod totum coꝛ-
pus viuificat figurans crucem chꝛiſti viuifican/
tis totũ mundũ et trahentis ad ſe omnia. Ioh.
xij. Tercio ꝓpter ſacramentũ ſm Augu. vbi ſuꝑ
vbi dicit ꝙ per lignũ ſcientie boni ⁊ mali ſigni/
ficatur liberꝝ volũtatis arbitriũ. per lignũ v̾o vi
te xp̄s ſignificat̃. Ezech. xxxi. Om̃e lignũ padi
ſi ñ ẽ aſſilatũ illi. qꝛ Cãti. iiij. Emiſſiões tue pa
diſus maloꝝ punicoꝝ cũ pomoꝝ fructibus.

HUius aũt loci poſt pctm̃ hoĩs aditꝰ ĩter
cluſus eſt: ſepius em̃ vndiq rũphea flã
mea id eſt muro igneo accinctꝰ ita vt eiꝰ
cũ celo pene iũgat̃ incendiũ. Cherubin ꝗz. i. an
geloꝝ p̄ſidiũ arcendis ſpiritibꝰ malis ſuꝑ rum/
phee flagrãtiã oꝛdinatũ ẽ: vt hoĩes flãme: ange
gelos v̾o malos angeli boni ſbmoueant ne cui
carni vl̾ ſpũi trãſgreſſiõis aditus ꝑadiſi pateat.
Hec ille.

Duplex fuit cã immoꝛtalitatꝭ hoĩs ĩ ſtatu ĩno
cẽtie. ſ. intrinſeca ꝗ erat vis ꝯtẽtiua ipſiꝰ aĩme ⁊
hec a deo. Alia extrĩſeca. ſ. eſus ligni. Iſtud etiã
lignũ vitã longeuã dediſſet homĩ poſt pctm̃ ſm
Aug. ĩ li. de ꝗſtõibꝰ no. ⁊ ve. teſt. ſ hoĩ guſtꝰ eiꝰ
ꝓhibitꝰ fuit poſt pctm̃. iõ dĩ gen̄. iij. Ipis ãge/
gelis videte ne foꝛte Adam ſumat de ligno vite
⁊ viuat ĩeternũ. i. valde diu. Concoꝛ. s. Tho. i.
parte. q. xcviij. arti. iiij. Et Alex. ij. ꝑte ſumme.
q. xiiij. ar. xx.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Adam vir ſctūs cūctꝭ diebꝰ vite ſue ꝓphie ſpū claruit: pñiaꝫ magnā ac diuturnā fecit filijs ſuiſ p̄cepta iuſticie ꝺdit: p̄cipiēs vt a ꝯſortio cayn ac filiorū eiꝰ oīno abſtinerent. nec cū eis m̄rimonia iūgerēt. Hic p̄mꝰ nr̄ parēs vno pc̄tō a p̲adiſo nos expulit: ſ3 ſctā ꝯuerſatōe ſua ac pñia ſua exim̄ nobis dedit ad regni celeſtꝭ gaudia remeādi: q̄ āt h̄ n̄ ſeq̄t de ipo iuſte cōq̄ri nō poterit. Comeſtor dic̄. Adā genuiſſe. 30. filios ⁊ totidē filias p̄ter cayn ⁊ abel. adā fuit pr̄ ⁊ ſocer cayn q2 cayn ꝯxit m̄rimoniū cū calmana ſorore ſua. Auguſ. Adā vō mortuꝰ ē hn̄s ānos nōgētos ⁊. xxx. vt dr̄ ī ymagie mūdi. poſtq̄ʒ genuit. xxx. filios ⁊c̄. ⁊ ſepultꝰ ē ī loco caluarie circa hierl'm: vbi poſtq̄ʒ aliq̄ʒdiu requeuit. trāſlatū ē corpꝰ eiꝰ ī ebrō ī terrā de q̄ ſumptꝰ ē: cui ſn̄ie concordat Athanaſiꝰ ⁊ docto. hebrei. q2 ꝯuenit vt ibi corpus ſuuꝫ xp̄us exponeret morti: vbi caput generis humani fuit corruptū: ⁊ vbi ſeminata eſt corruptio ibiq̄ʒ incorruptō orietur: quatenꝰ ſic medicina morbo corrn̄deret. Johes tn̄ in ꝯriū ſonat vt patet.

Auguſtinus. xiij. de ciuitate dei. humanū genus ideo ex vno homine deus inſtituit vt cōmēdaret q̄ʒ ei grata ſit in pluribus vnitas. que conſideratio multuꝫ electis prodeſt: ſanctis angelis in eterna pace ſociādis: verū tāta immanitate peccādi defecerīt hoīes vt tutiꝰ atꝫ pacatiꝰ īter ſe beſtie viuerēt. Neq̄ʒ. n. vnq̄ʒ inter ſe leones aut īter ſe dracōes q̄lia hoīes bella geſſerūt. vinculū cōcordie diligit deus.

Adam itaq̄ʒ ⁊ Eua p̄mū oīm parētes. xxx. ſup̄ nōgentos vixere ānos. ⁊ p̄ter Cayn Abel ⁊ Seth cū ſororibus ſuis q̊s ſcriptura cōmemorat. xxx. alios genuerat filios. Demū q̄ꝫ infirmitate correptus Seth filio atꝫ alijs interdixit ne eiꝰ filij cū filijs cayn ꝯmiſcerēt. Illū p̲ oleo mīe īpetrādo ad paradiſum vt aiunt: tranſmiſit tandē deficiēs in Ebron ſepelitur. Sūt tn̄ q̄ dicūt eū ī caluarie loco ſepultū fuiſſe



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Abel ſecūdus filius Ade natus eſt anno.30. Ade cū ſorore delbora. Iſte abel primus martyr eccłiam inchoauit qꝛ i gr̄a ꝛ iuſticia pmāſit. Si ei ab Adā ichoata fuiſſet nō foret cōtinua.

Hūc āt iuſtū ꝛ ſctm̄ ꝯmēorāt euāgelia Qui ab ineūte etate iuſticiā colere ꝛ deū timere didicit. Cui⁹ ꝯuerſatio paſtoralis erat: ꝛ de oib⁹ p̄micias deo offerebat. Et ꝓpterea de⁹ ad eius ſacrificia reſpiciēs. ꝛ ei⁹ oblatōez ḡtam hr̄et germāo p̄ūte. q̄ viſo vult⁹ cayn p̄ ꝯfuſiōe ꝯcidit et iuidie ſtimulo ſauci⁹ cayn i eū ꝯſurrexit ac iterfec̄. Qui celeſtē cītatē p̄m⁹ ꝯdidit. Et ipi⁹ ciuem ſe p̄mū ꝯſtituit Centenario ꝛ eo amplius Abel mortuo. Adā poſt centeſimū annū Seth genuit filium.




Anno.cxxx.ſm̄ heb̄. Scōm lxx.iterp̄tes.ccxxx. Adaꝫ genuit ſeth q̄ fuit terci⁹ fili⁹ ade ꝛ nat⁹ ē āno p̄ris ſui.cxxx. inchoāte ſm̄ he. ve.ꝟ ē āno mōi.130.cōpleto vixit āt ānis.912. Iſte ſeth nat⁹ eſt 230.āno aō. q̄ꝛ.c.moyſes p̄termiſit q̄b⁹ luxit filiū ſuū abel i valle ploratōnis ꝓpe ebrō. ipē eē̄ ꝓ oleo mīe ipetrādo padiſuꝫ adijt. In his duob⁹ primis filijs Ade.ſ. Cayn ꝛ abel ortū hūert due ciuitates ſm̄ Aug.14.li.ō ci.dei. fecerīt itaq̄ꝫ duo amores duas ciuitates.terrenam.ſ. amor ſui vſq̄ꝫ ad ꝯtēptū dei. Celeſteꝫ vō amor dei vſq̄ꝫ ad ꝯtēptū ſui deniq̄ꝫ illa i ſeipā:ꝟ in dn̄o gl'iat̄. Illa q̄rit ab homibus gl'iam. huic āt de⁹ ꝯſcie teſtꝭ maxia ē gl'ia. ad illā ptinet cayn q̄ p̄mo nat⁹ ē ꝛ cītatē ꝯdidit. Ad iſtā ptinꝫ abel. q̄ ſcōo nat⁹ ē ꝛ tāq̄ꝫ pe




grin⁹ ꝟ ꝯuerſat⁹. qꝛ gr̄a p̄deſtinat⁹ ciuis ſurſuꝫ erat. deniq̄ꝫ vt cītas dei ſue aduerſarie coopatōe clareſcat. aliq̄ facta reprobo rum cōmemorare neceſſe fuit.

Cayn p̄iogenit⁹ ade ꝛ eue cū ſorore ſua calmana nat⁹ ē āno ade.xv.i agro damaſeno. Hic prim⁹ agrorū cultor fuiſſe phibet̄ cupidiſſim⁹ q̄dē ꝛ aliene felicitatis ipatiētiſſim⁹ ac ſcelerat⁹ dolens mūera ſua reprobata a deo et mūera fr̄is ſui accepta mot⁹ iuidia frem ſuū ductuꝫ i agrū iterfecit. ꝓpter qō a deo pūit⁹ fuit vt oib⁹ dieb⁹ vite ſue eēt vag⁹ ꝛ ꝓfug⁹ ſup terrā. Cūq̄ꝫ cayn ꝯfect⁹ eēt ſenio ꝛ iter frutecta aliq̄n ſederet a pnepote ſuo lamech q̄ ſenectutꝭ vicio cec⁹ fact⁹ dū venatōi iſiſtēt pueri ductorꝭ ſuaſu credēs cayn feraꝫ ſagitta occiſus fuit.

Eras plimas dn̄oꝝ regū gētiuꝫ aut opm magnificoꝝ: aut pſonaꝝ ſublimiū hicide ānotauī: q̄b⁹ vtit̄ aſtronomi




i ſuis calculatōib⁹ ab adā vſq̄ꝫ ad alphonſum. Et nō q̄ꝛ era ē tp̄s famoſuꝫ alicuius gēris vel ſecte incipiēs ab aliq̄ effectu q̄ ē nōbilis bonitatꝭ vel malicie ꝛ vulgariter p̄t dici datū: iuxta qō publice ꝯſcriptōes fuīt. Vn̄ ꝛ ſctūs leo hui⁹ nois p̄m⁹ freq̄nter ꝟ termino era vtit̄ in Epiſtolis ſuis.

Enos filius Seth nat⁹ ē āno Seth cv.anno vō mūdi.435.ſm̄.lxx.ſm̄ heb̄.235.āni vite eius.905. Iſte enos incepit inuocare nomē dn̄i forte per aliqua deprecatoria verba que inuenit.

Caynā filius Enos natus ē āno patris ſui.xc. Mūdi vō ſm̄.lxx.625. ſm̄ heb̄.ccc.xxv.āni vite ei⁹ extiterūt 910.

In linea iuſtoruꝫ tres notāt̄ celeſtib⁹ decorati. P̄rio enos q̄ primo nomen dei inuocauit. Secundo Enoch q̄ cū deo ambulauit: ꝛ trāſlatus ē in padiſuꝫ. Tercio Noe q̄ pfectus fuit in generatōnibus ſuis humanū genus ſaluauit ab aq̄s diluuij. In linea vō petōꝝ tres decorantur terreſtribus. Primo Jabel qui fuit pater habitantium in tentorijs atq̄ꝫ paſtorum. Secundo Jubal qui fuit pater canentiū in Cithara ꝛ organo. Tercio Tubalchayn qui fuit malleator in cūcta opera eris.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Enoch



Enoch filius Cayn quottus ſit in numero filioꝝ Cayn certum nō eſt. Iſte Enoch cayn ciuitatē ꝯdidit appellās eā noīe eiꝰ Enochiā quā ꝛ ſua ꝓle repletā vidit. dicit em̄ Joſephꝰ. Qȍ chayn rapinis ꝛ violentijs opes cōgregās filios ſuos ad latrocinia īcitabat. Timēſcꝫ eos ꝗs ledebat filios ſuos in cītate recollegit. Abſurdū tm̄ nō ē ſm̄ auguſ. xv. de ciui. dei. ꝙ cayn edificauit cītatē cuꝫ vix q̄tuoꝛ viros ſcriptura dicat tūc fuiſſe. qꝛ nō oēs nūerauit q̄ tūc eē poterant: ſꝫ illos tm̄ noīare necē putauit ꝗs ſuſcepti opis rō poſtulauit. Adā per cayn ſceleratum vndenario numero finit̄ q̄ pctm̄ ſignificat̄ ꝛ ipē numerꝰ femīa claudit̄ a q̄ ſexu factuꝫ ē īnicium pctī.

Nota ꝙ omnes artes vel ſcientie ſeculares liberales ſiue mechanice vl' phiſice humane curioſitati debuiētes a filijs lamech legūt̄ inuēte ꝛ ſic filij adulterini ꝑmū ſbtiliores alijs fuerūt: ꝛ qꝛ tiebant futuꝝ ꝑicl'm diluuij ꝛ ignis Jō tubalcaim eaſdē artes ī duabꝰ colūnis ſculpſit. Una latericia ꝛ alia marmorea colūna lapidea adhuc manet ī terra ſyria: vt. ſ. ſi ꝯſtructa lateribꝰ ab imbribꝰ extermīaret̄ lapidea ꝑmanēs ꝑberet hoībꝰ ſcpta' cognoſcere.

Matuſalem Malaleel filiꝰ yrath Yrath filius Enoch



Matuſalem Enoch filiꝰ cētesimo ei ꝛ octuageſimoſeptio anno natꝰ lamech filiū hūit q̄ nato duos ꝛ octoginta ſupra ſeptīgētos ſupervixit ānos. Et ſic Matuſalē diutiꝰ vixiſſe ferūt oībꝰ ꝗs ſcriptura cōmemorat.

Malaleel centuꝫ ſexagitaqnqꝫ hñs etatis ānos genuit filiū iareth quo nato poſtea ſeptīngētos et triginta annis ſuꝑuixit.

Iſte Lamech primus bigamiaꝫ introduxit habens duas vxores ꝯ illȍ qȍ dictū fuit ab Adā ſpū ꝓphetico: erūt duo ī carne vna. q̄ virū. i. cayn īter frutecta iacētē ſagitta īterfecit adoleſcētēqꝫ eū ducētē arcu ꝑcuſſum occidit. Puitꝰ ē igr̄ ꝓpter occiſionem caī ſeptuagies ſepties qꝛ ſeptuagita ꝛ. vij. aīe ď eo egreſſe ī diluuio ꝑiert.

Ada Lamech Sella



Iſte Jabel filꝰ Lamech ex vxore Ada īcepit ꝯdē tētoria paſtoralia portatilia ad mutādū paſcua ꝓ gregibꝰ nutriēdis nil niſi ꝯiugiū carnale meditās ꝛ paſcua vētrī. ſꝫ ſm̄ cōmeſtorē greges ordīauit ꝛ caracteribꝰ diſtinxit ſeꝑauitqꝫ ſm̄ genera greges ouiū a gregibꝰ edoꝝ ꝛ ſm̄ q̄litatē vnicolores a grege ſꝑſi velleris: ꝛ ſm̄ etatē anicl'os a maturioꝛibꝰ ꝛ cōmiſſuras certī tꝑibꝰ faciēdas ītellexit

## Cōcupīa aurium

Iſte Tubal filꝰ Lamech ex vxore Ada hic dr̄ pater canentiū ī cythara ꝛ organo qꝛ muſicā inueniſſe dr̄ nō tm̄ inſtr̄a muſicalia adinuenit ſm̄ ꝯmeſtorē q̄ poſtea lōge īuēta referūt̄ ſꝫ ꝯſonātias iuenit vt laboꝛ paſtoral' quē frater ſuꝰ iabel ꝑamauit ī delitias vteret̄ ꝛ in delicijs exercerēt: poſtea tm̄ mlti adīuenert ꝯſonātias melodiaꝝ ꝛ diuerſa inſtr̄a muſicalia ſic̄ moiſes de ſonitu aq̄ꝝ dr̄ armonias ꝑpēdiſſe. Sūt tm̄ q̄ dicāt ꝙ archades popl'i ꝑ calamos breues ꝛ logos ꝑmi excogitauerunt cantum: laercius vero id repertū dicit tempore pithagore philoſophi.

## Cōcupīa oculoꝛuꝫ

Iſte tubalcayn filius lamech et ſelle ſecunde vxoris ſue artē ferrareā primꝰ inueīt: res bellicas exercuit ſculpturas ī metallis in libidineꝫ oculoꝝ fabricauit ſumens ex exemplum a natura ex opere fruticum ſicut frater ſuus Tubal ad voluptatem aurīū conſonantias excogitauit.

## Concupīa carnis

Noema filia Lamech ex Sella ſoroꝛ Tubalcayn artem varie diuerſeqꝫ texture inuenit: lanam et linuꝫ in fila traxit ꝛ pannū texuit ꝓpter leuitatem. Naꝫ antea pellibus beſtiarum vtebantur.

Jabel Tubal



Tubalcaī Noema



Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute

Malaleel filius caynan ꝙ plantatio dei interpretatur in linea xp̄i natus eſt anno patris ſui. 75. anno vͦ mūdi ſm̄ Hebre. 470. ſm̄. lxx. 760. obijt habens annos octingentos. 95. Dicit Aug. 15. de ciui. dei. ꝙ plures āte diluuiū nongentos annos attigerunt nemo tamen ad mille peruenit: ꝗ ꝓlixitas etatis fuit per miraculū diuinū ad multiplicandū genus humanū ⁊ ad ſciētiarū principia inuenienda. Tum etiā ſcd̄m naturam: q2 homines erant melioris cō/plexionis ⁊ maioioris vigoroſitatis. Nā habebāt tunc multa maiora oſſa quidem homines ꝙ̄ nunc. Unde allegans Plinium dicit. ꝙnto magis ꝑterit ſeculi curſus: tāto minora corpa fert natura: ne etiaʒ magnitudo gigantoꝝ videat̄ alicui incredibilis teſtatur ſacra hiſtoria dicens ſe vidiſſe molarem dentem: de ꝗ cē/tum dentes ſcd̄m modulum noſtre fieri potuiſſent. Dixitq; August. 12. ꝙ nullo modo audiendi ſunt illi qui dicūt tante fuiſſe breuitatis illos annos: ꝙ decez de illis faciunt vnum de noſtris: atq; nongentos tantū. 90. Nam dicit Plinius adhuc ſunt gentes ꝗ. cc. annis viuūt.

Jareth filius Malaleel qui interpretatur deſcendens ſiue roborans vl̄ ſaporans natus ē anno patris ſui. lxv. ſupra centeſimuʒ Gen̄. v. mūdi vͦ dcc. lx. ſcd̄m he. ve. ſʒ ſcd̄m. lxx. interpretes. 976. vixit autem nongentos ⁊ ſexaginta duos. Dicit Auguſti. ꝙ multi ſunt geniti ante diluuiū de ſeth ⁊ etiā cayn quos tamen ſcriptura feſtine trāſcurrit: vt veniat ad noe vbi ambarum ge/nealogiarū ⁊ ciuitatū dei ⁊ diaboli diſcretio concretioq; numeraret̄ ⁊ ad Abra/ham cui facta eſt repromiſſio de chriſto naſcituro qui ē alpha ⁊ o: Appocalip. i. ꝓpter quod ſcriptura ſacra quoſdam ꝯmemorat. nec omnes iſti primogeniti ꝗs ſcriptura nominat vt cayn cognouit vxorem ſuam ⁊ genuit Enoch. nō eſt conſeques ꝙ Enoch fuit eius primogenitus. ⁊ ſic de alijs. Huius vͦ tempe filij ſeth viri optimi in ꝓceptis patris cum ſimplicitate cordis perſeuerantes a filijs Ca/yni peſſimis quidem in omnē luxum prolapſis multa mala paſſi ſunt.

Enoch filius Jareth natus eſt anno patris ſui. c. lxv. Gen̄. v. mūdi vero 1022. ſcd̄m he. ve. Sʒ ſm̄. lxx. 1122. Anni vite eiꝰ fuere. 365. Iſte enoch ſeptimus ab Adam deo placuit ⁊ tranſlatus eſt in paradiſuʒ: ⁊ ſeptima requies ꝑdicatur ad quaʒ trāſfertur omnis qui tanq; ſexta die etate ſeculi chriſti aduentu formatur. viuit aūt in paradiſo in corporis ⁊ ſpūs tranquillitate cū helya vſq; ad tempus antixp̄i exituri ad fidei defenſionem. Poſtremo martyrio coronandi. hūc iudas apoſtolus in epiſtola ſua nonnulla ſcripſiſſe refert: ꝗ ab an/tiquitate ſuſcepte fidei a patribus refutata ſunt.

Matuſalem filius Enoch natus eſt anno patris ſui. lxvij. mundi vero ſm̄ lxx. 1287. Anni quibus vixit fuere. 969. Iſte Matuſalem antiquiſſimꝰ fuit omniū quos ſcriptura ꝯmemorat. De annis autē eius diuerſe ſunt opiniones. ſm̄ lxx. interꝑtuʒ computationem vixiſſet. 14. annis poſt diluuium. Sed non legitur fuiſſe in archa noe. Hiero. vͦ aſſerit: ꝙ eodē āno diluuij mor/tuus ſit. Septemq; diebus ante diluuium ſepultus. Quidam vͦ eum cum pa/tre ſuo Enoch trāſlatum fuiſſe volunt: ⁊ diluuiū ꝑteriſſe putabant cauſante hoc diuerſitate codicū noſtroꝝ ⁊ hebreoꝝ: ſm̄ Auguſt. ⁊ Rab. ⁊ yſi. qui omnes di/cunt eum abſq; omni ambiguo non vixiſſe. 14. annis poſt diluuium cum ibi tā/tū. viij. anime ſalue fiebant.

Lamech filius Matuſalem natus eſt āno p̄ris ſui ſm̄ textum noſtrū Gn̄. v. clxxxvij. anno vero mundi ſm̄ lxx. 1454. vixit auteʒ annis. 777. Iſte lamech cum eſſet annorum. 172. genuit Noe quem cum genuiſſet dixit. Iſte. ſ. Noe conſolabitur nos a laboribus manuū noſtrarum in terra cui male/dixit dominus. Et genuit preter Noe filios ⁊ filias. Et cuʒ vixiſſet ſeptingētos ⁊ ſeptuagintaſeptem annos tradidit principatum Noe filio ſuo ⁊ mortuus eſt. Eo quidem tempore gigantes erant ſuper terram: viri vtiq; famoſi ⁊ incredibi/lis potentie ſcientes bellum.

Linea Chriſti




Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute




Secunda etas mũdi principiũ a Noe habuit poſt diluuiũ: qd̄ fuit vniuerſale ꝑ totũ Anno ſexcẽteſimo vite Noe a ꝓncipio aũt mundi ſm he. Milleſimoſexingenteſimoquinquageſimoſexto. Sed ſm. lxx. interp̄tes quos Beda et yſido. approbãt Bis mille ducenti ⁊. xlij. ⁊ durat vſqꝫ ad abraham ſm he. 292. annis. Sed ſm. lxx. 842. annis. Ante diluuiũ vo ꝑ. 100. annos Dominus apparuit Noe id ẽ quingenteſimo anno vite Noe.

Noe diuini honoris et iuſticie amatoꝛ filius Lamech. ingenio mitis ⁊ integer inuenit grãm coram dño. Cũ cogitatio hominũ ꝓna erat ad malũ. Omĩ tp̄e om̃es in viam rectã deducere ſatagebat. Cũqꝫ inſtaret finis vniuerſe carnis precepit ei dñs vt faceret arcam de lignis leuigatis bituminatã intus et extra. que ſit trecẽtoꝝ cubitoꝝ geometroꝝ longitudinis. Oroſius ⁊ poſt eũ Auguſti. ⁊ Hugo. Cubitũ geometricũ ſex cubitos vſuales facere dicũt: quã ꝑticaꝫ noĩant. Sit itaqꝫ trecẽtoꝝ ꝑticaꝝ lõgitudis: qnq̄ginta latitudinis ⁊ triginta altitudinis. i. a fundo vſqꝫ ad tabulatũ ſb tignis. Et ĩ cubito cõſummab illã. In q̃ mãſiũculas cenacl'a feneſtrã ⁊ oſtium ĩ latere deorſum facies. Noe igiẗ poſt cẽtuꝫ ⁊ xx. ãnos ad arcã fabricatã. q̃ ꝓ ſolatio vite erant nccc̄ria cõportauit. Cũctorũqꝫ aĩaliũ ad ſuãdũ genus eoꝝ maſcl'os ſil' ⁊ feminas ꝑiter introduxit. Ipẽ deniqꝫ ⁊ filij eiꝰ vxoꝛ ⁊ vxores filioꝝ primo die mẽſ april' ingreſſus ẽ. Facto diluuio cuꝫ dñs oẽm carnẽ deleuit. Noe cũ ſuis ſaluatꝰ ẽ. Stetitqꝫ arca ſup altiſſimos mõtes armenie. Qui locꝰ egreſſoꝝ vocaẗ. Egreſſi deo grãs egerũt. Et altare facto: deo ſacrificabant.

Hoc ſignũ federis qd̄ do inter me et vos ⁊ ad omnẽ animã. Gñ. ix.




Arcus pluuialis ſiue Iris licet dicatur hr̄e ſex vel quatuoꝛ colores. tñ duos colores ꝓncipaliter habet. q̃ duo iudicia rep̄ntant. aq̃us diluuiuꝫ p̄teritũ figurat ne amplꝰ timeaẗ. igneus futurũ iudiciũ ſignat per ignem vt certitudinaliter expecteẗ

Illo diluuij Anno prima ſeculi etas termĩata ẽ ab Adaꝫ vſqꝫ ad diluuiũ incluſiue. Etas ſcd̄a incepit q̃ ⁊ ad abrahe natiuitatẽ vſqꝫ perdurat.

Noe vna cũ filijs ⁊ vxore ac filiorũ vxoribꝰ ex archa egreſſo: ꝯfeſtim altare edificato de cũctis pecoribꝰ volatilibuſqꝫ mũdis holocauſta dño obtulit. Et eiꝰ odorẽ ſuauitatis odoratꝰ eſt dñs. Propter qd̄ eidem dñs benedixit ac filijs ſuis dicens.

Digital copy for study purpose only. © The Warburg Institute